Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



barcinona. sancti paciani epi: qui tempore theodosij principis optima senectute finem vite sortitus est. Apud sebastem armenie minoris. natale sanctorum quadraginta militum: qui tempe licinij regis post vincula et carceres creberrimos. post cesas lapidibus facies missi sunt in stagnum: et sic demum crurifragio martirium consumauerunt. Erant autem nobiliores inter eos: quicion et

Apud candidus. vi. Ydus. Martij. io. apamiam natale sancti alexandri et gay martirum: qui ut appollinaris scribit ieropolitanus epus in libro aduersus catafrigas: persecucione antonini veri. glorioso martirio coronati sunt. In persida: sanctorum martirum numero quadraginta duorum. Ipso die: sanctorum gorgonij et firmi. v. Ydus. Martij. ij. dies. Mar.

In carthagine heraclij. Zosimi: alexandri: candidi: piperionis: et aliorum viginti. iiij. Ydus. Martij. 12. Martij.

Rome beati gregorij pape: doctoris et apli anglorum. Apud nicomediam: passio sancti petri martiris. Hic cum esset cubicularius diocleciani principis. et liberius causaretur de inmensis martirum supplicijs: iubente eodem in medio ducitur: ac primo suspensus diutissime flagris torquetur: deinde aceto et sale perfusus: ad ultimum in craticula assatur: sicque veri petri extitit fidei heres et nominis. Item in incomedia sanctorum